IV cum omnibus tenimentis et pertinenciis suis, | terris[a'] cultis et incultis, locis planis[b'] et
II montuosis[c'], et super confirmationibus ipsius donationis et concessionis a do-
mino * Henrico[5] et domina * Constantia[6], divis augustis parentibus nostris, et a nobis
I, V factis | ante tempus coronationis nostre[7], | et super donationibus tenimenti, in
quo * constitutum est monasterium predictum, cum omnibus * pertinenciis suis et qua-
rumdam terrarum, que sunt in tenimento Montis Fortis et Nichite[8], quas obtulit soror
II Maria prefato monasterio * cum se ipsa[d'], | et super omnibus libertatibus, bonis usi-
bus, * consuetudinibus et quibusdam aliis donationibus[e'] continentibus in eisdem. Que
sorores moniales monasterii predicti celsitudini nostre humiliter supplicarunt, ut
privilegia ipsa eis[f'] restituere[g'] et que continentur in eis sibi et monasterio suo dignare-
mur[h'] de imperiali nostra[i'] gratia[k'] confirmare[l']. Nos autem supplicationes earum benigni-
us admittentes[m'] privilegiorum ipsorum tenore diligenter inspecto, considerantes quidem[n']
honestam vitam et religionem laudabilem abbatisse et sororum suarum, divine quoque
retributionis[o'] intuitu ac pro salute nostra et remedio animarum dictorum[p'] augustorum pa-
rentum nostrorum ac[q'] predicti regis Guillelmo[r'] recolende memorie predicta privile-
gia eis clementer restituimus et omnes donationes, libertates, bonos usus et consue-
tudines et quecumque alia continentur[s'] in eis * ipsis et successoribus suis * perpetuo
confirmamus, prout eis tempore predicti regis Guillelmi[t'] et post obitum eius[u'] usi[v'] esse
dignoscuntur, salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius itaque restitutionis et con-
firmationis nostre memoriam[w'] et perpetuam firmitatem presens privilegium[x'] per manus
Ioannis de Lauro, notarii et fidelis nostri, scribi et sigillo magestatis nostre cereo iussimus
communiri.

I Datum[y'] Chatanie per manus Rainaldi, illustris ducis Spoleti, anno dominice in-
carnationis millesimo ducentesimo vicesimo[z'] primo, undecimo * Iulii none indictionis[aa],
imperii vero domini nostri Frederici[bb] Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris sem-
per augusti et regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno primo, regni
vero Sicilie anno vicesimo[z'] quarto, feliciter amen.

---

a') omnibus *E2* b') plantis *E2* c') montaneis *E2* d') stampa *E2 statt* se ipsa e') *fehlt E1* f') ad *E1* g') restituantur *E1* h') predicto sancte Marie *E1 statt* suo dignaremur i') *fehlt E1* k') grattia *E1; fehlt E2* l') confirmattione *E2* m') annuentes *E2* n') fidem *E2* o') retribuittionis *E1;* retribuitionis *E2* p') divorum *E2 mit Nr. 2;* dictorum *könnte auch in Vorurkunde verlesen sein* q') et *E1* r') guliermi *E1,* gulielmi *E2* s') continentia *E1 E2* t') guliermi *E1 E2* u') *fehlt E1* v') use *E1* w') memorie *E2* x') presentis privilegii *E2* y') *so E1 mit Vorurkunde;* Dat. *E2; vgl. oben Nr. 1 Anm. t;* Data *Zinsmaier Nr. 140* z') vigesimo *E1* aa) indicionis *E1* bb) regis *E2*

---

5) Vgl. Nr. 1 m. Anm. 1; erwähnt auch in Nr. 2.
6) Oben Nr. 1. 7) Nr. 2. 8) Vgl. Nr. 1 Anm. 5.